



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118855**

§. 15. Mansfeldius atque Halberstadius junctis viribus Alsatiam  
depopulantes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](#)

Sæc. XVII. detentum indigno prorsus modo habebat, eique identidem exprobabat, quod per imbellem socordiam, & abjectum Cæsaris obsequium a fœderatis armis abstinuisset: præterea molestius eundem sollicitabat, ut ab Imperatoris fide descisceret, Calvini sectam in suis ditionibus toleraret, arcemque Rüfelsheimiam dederet: Verum ejusmodi indignæ sollicitationes constantem Ludovici animum frangere haud poterant: Tandem vero, cum Reges ac Principes generosi hujus captivi liberationem urgerent, Fridericus Palatinus eundem libertati restituit, ea lege, ut deinceps nec contra Palatinum, nec contra hæredes ejus hostile quicquam moveret.

### §. XV.

*Mansfeldius atque Halberstadius junctis viribus Alsatiam depulantes.*

*Lotich.*

*pag. 310.*

*Annal. Boic.*

*t. c.*

Superfuere Halberstadio ex nupera clade quinques mille equites, pedesque mille octies: has igitur copias sociare constituit Mansfeldio, quem in inferiorem Alsatiam rursus irruimpere decretum erat, ut ex corrasis pecuniis, pauperumque spoliis ambo militaria stipendia militibus suis nume-

rare

fefell

semp

tur,

nece

Nilh

quar

tant

supp

que

rant

do

sine

dita

hem

cola

nem

naff

tis

jug

rare possent; nec eos famelica spes Sæc. XVII.  
 sefellit; quippe ab Argentinensibus, qui A.C. 1622.  
 semper Cæsaris partibus adversabantur, gratanter excepti, omnibusque  
 necessariis abunde provisi fuere: postea  
 Nilhelmio oppido vi capto, pagisque  
 quamplurimis igne ferroque devastatis,  
 tantam pecuniarum, auri, argenti,  
 suppellectilium, vini, frumenti, omnis-  
 que generis alimentorum vim abstulerant, ut toti ferme exercitui reficien-  
 do copia par esset. Nondum tamen  
 sine sanguine satiata erat eorum cupi-  
 das, quo circa Andlaviensi, & Cos-  
 hemiensi urbibus incendio deletis, in-  
 colas omnes, eoquod Palatinum erro-  
 nem, & Mansfeldium Spurium nomi-  
 nasse dicerentur, nulla sexus vel æta-  
 tis habita ratione tanquam in macello  
 jugularunt.

## §. XVI.

*Fridericus Palatinus infecta re in  
 Hollandiam reversus.*

Cum Fridericus Palatinus tot cladum, Barre hist.  
 nullius autem victoriæ in rem d' Allemagn.  
 suam profuturæ testis esset, animum Merc. t. 9.  
 despondere cœperat, nonnihil tamen e- lib. 3.  
 rectus inopino nuntio, quo sparsum fue- Nan. hist.  
 rat, Hispanos e Palatinatu præcipiti Venet. Puf-  
 fendorf. rer. pedum studio evolasse, eoquod Prin. Sæc. l. x.  
*Hist. Eccles. Tom. LVII. Ff ceps*